



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnis Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

Nádasi, János

Coloniae Ubiorum, 1667

27 Maji. 6 Kal. Junii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](#)

470 ANNI CÆLESTIS
crudeliter percussus , & clamans:
Domine, ne statuas illis hoc peccatum!
lapidibus obrutus es.

S. Quadrate M.

Sancti Felicissime, Heracli, &
Pauline, Martyres.

S. Prisce, cum ingenti fidelium
multitudine, M.

S. Lamberte Ep. virginitate, je-
juniis, psalterio, per totos triginta
annos, quotidie recitato, aquâ ter-
in vinum conversâ, cæcâ illumina-
tâ, & multis aliis miraculis, post
mortem etiam, admirande: doce
me orare.

S. Augustine Episcope, Anglo-
rum Apostole.

OMNES SANCTI, &c.

pag. 320.

S. MARIA, quæ infirmum S. Phi-
lippum Nerium visitâsti; ac ab eo-
dem conspecta es, tenere trabem tem-
pli, ne corrueret. Visita spiritum me-
um, hinc migraturum. Tene me in
periculis prolapsionis; ne corruam!

27 Maii. 6 Kal. Junii.

S. Ancta Restituta Virgo, quæ ma-
lum genium fugâsti; bonis An-
gelis, & domi, & in itinere, &
inter tormenta, & in carcere, fa-
milia-

XXVII MAJI.

471

miliaris: quæ scorpionibus, pro Christo, immanissimè excarnificta, dulcissimè cecinisti; totam hebdomadam clausa, sinè cibo, vixisti cum Angelis; & jam vivis gladio casा, vivésque semper! O fac mihi dulcia omnia, quæ Dei sunt! Fuga à me, & nunc, & in horâ mortis potissimum, malos genios, & bonos invita: ut cum his, & tecum, apud Deum nostrum, non Angelicam unam hebdomadam, sed æternitatem totam vivamus in cælo unà post mortem. Amen.

S. Joannes Papa M. quem qui semel portavit equus, ut posteà fœminam portaret, adduci non potuit; adeò querogatus es, ut equum illum dono acciperes: qui in aureâ Constantinopolitanæ Urbis portâ cæco lumen, coram omni populo, reddidisti.

S. Ranulphe Martyr.

B. Juli, veterane miles M.

S. Eutropi Ep.

Venerabilis Beda, Presb. doctissime, qui moriens cilicio indormisti.

B. Theobalde, qui arenam in farinam convertisti; cui campanæ, sponte sonantes, & collumentia è cælo lumina, parentârunt.

E e 2

S. Bru-

S
mans:
catum!

cli, &
delium
te, je-
riginta
quā ter
imina-
, post
: doc

Anglo-
, &c.

S. Phi-
ab eo-
n tem-
m me-
me in
m!

e ma-
s An-
re, &
fa-
nilia.

472 ANNI CÆLESTIS

S. Bruno Ep. Conradi, Carinthiæ Ducis, fili, templorum ædificatione magnifice; cui divinis operanti S. Ambrosius apparuit, admonuit, ut Imperator ab Urbis Mediolanensis obsidione desisteret, alioquin graviora, quam passus fuerat, perpessurum.

OMNES SANCTI, &c.

pag. 320.

S. MARIA, cuius imago in hodie-
ni S. Joannis I Pont. Max. manibus,
à Seraphinis est deposita; & eo die pe-
stis Romæ cessavit. Mitte Angelos tuos,
qui te in corde, ac manibus meis collo-
cent; ut benè faciam, quicquid ago.
Fuga à me occultam etiam pestem o-
mnem!

28 Maii. 5 Kal. Junii.

S. Ancte Germane Episc. eleemo-
synis, & miraculis magne; qui
domum viri justi ingrediens, vi-
sus es facie radiis, velut cornibus, illu-
stri, Moysis instar, collucere: quem
quia diutius ad portam suam præ-
stolari passus est Clotarius Rex, in
pœnam, febre correptus, ab illâ
tamen pallii tui osculo sanatus est:
qui orando morbos, ursosque fu-
xasti, ac dæmones; ignem extin-
xisti;